

sed quemadmodum visus oculorum quibusdam medicamentis acui solet & repurgari: sic & nos si aciem animi liberari impedimentis voluerimus, poterimus perspicere virtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate opposita, & humilitate & infamia obiacentibus. Cernimus, inquam, pulchritudinem illam, quamvis sordido obsecram.

Senec.  
Gloria ex virtute delictis oppressa, sed valida.  
Luc. 2. 4. 46.

Hinc gloria, & maxima, quippe praevalet virtus, etiam oppressa. Sic scriptum est (dixit Salvator post immortalem gloriam) & sic oportebat Christum pati. Ubi ergo scriptum? In Isaia dicit Maldonat. hic, & alij alibi. Citaciones Biblicae signant Psalm.

Psal. 18. 7.

18. 7. ubi: A summo caelo egressio eius, & occursum eius usque ad summum eius. Haec est elevationis maiestas: unde per illam crucis designatur humilitas? Iuxta huius tenorem auctoritatis, sic oportebat exaltari filium hominis: qua ergo lege signatur crucis lignum, per admirabilem exaltationem in caelum? Ut conflet gloria revelata, quae in passione erat occulta; quoniam virtutis eminet pulchritudo, est obducta ignominioso sordidissimo despectu: & pro in caelum abire, dicit meditanter, sic oportebat in patibulo pati; igitur in ipsamet



acerbitate passionis, eminebat ad exemplum summa tota beatitudinis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen; exhibens in eius corpore summae felicitatis specimen: etenim si in caelo gloria, haec itur ad astra, ut

Merces mihi gloria detur.

Merces vestra (ait, cuius par est sequi ac premere vestigia) copiosa est in caelis. In penis ergo gaudete & exultate, quippe quae videatur persecutione, pellucido velamine effulgunt beatitudines. Merces premium est, acquiritur pretio sanguinis. Vestra, ex vulneribus corporis. Copiosa, quia coronat Empyrium leve prosum tribulationis momentum: ac denique non in mundo sed in caelis, quippe felicitas cum munere aternitatis. Feltenemus ergo ingredi in illam requiem, quod scriptum habemus nomen. Exeamus itaque ad Ducem extra castra signo crucis, improprium eius portantes.

Dat pariter minimum nobis, sed finibus illis,  
Quos super incubuit, longa stant tempora luce.

Ovid. 3. fast.  
v. 381.

Marth. 15.  
12.

Unde commendabile praemium ex merito tribulationum?

Jeremias

Manit. 1.  
cap. 7. v. 29.

# TAUTOLOGIA UNDECIMA.

In contemptu superbiae suae Deum Israël contempsit.  
Iudith. 13. v. 28.

## EXPOSITIO LITERÆ.



ROSCENIUM, seu antescena tragediarum contentæ in argumento præsentis Tautologiae, præcedenti planè exposita, & modo plenè exponenda. In subugationem Occidentis totius, prodromus Xerxis stolidi designatur Holofernes: qui quidem in illo ampliorem invenit gratiam, quoniam apprime imperantis æmulatus insolentiam. Iurè superbus confertur fumo. Convolvitur superbia fumi, quia diffatur statim fumus superbiae. Quò magis ventus attollit, vanescit, & evanescit.

Se illiè omne, Deo contra nitente superbum  
Evanescit opus, veluti cum surgit in auras  
Fumus.

Mantuan.

Accinit Mantuanus, de Tempore calamit. Appositius signatur metamorphosi superbiae, in entitatem fortunæ: non quia ex Fortuna nascitur superbia: sed quia cum caeca & alata sit (quin vaga cognoscat se) dum penis Fortunæ, adulationis popymate tollitur supervus in altum; quousque cadat allisus, non præcavet præcipitum. Fatue ridet, quandiu arrogantia dolose disposuit.

Cur superbia fumo confertur.

Unde altior esset

Iuvenal.

Casus, & impulsiva præceps immane ruina.

Ut canit Iuvenal. Satyr. 10. v. 106. Homer. 20. Iliad. v. 36. succinit: Vulcanus superbiens claudicans. Quis enim, cessi cordi excellentiæ, superbiret; ni pluraquàm pede, sincipite vagabundus claudicaret? Superbus accipiter haud æquis gressibus, fastosus licet, incedit. Alternatim extollitur & opprimitur, quin in maiestatis culmine possit consistere pede. Sors sanè fortunæ misera, ubi vel in firmitate nulla datur consistentia. Vel se superius arrogans non movebit; vel cognoscendus in fastigio quo pede claudicet. Ita in Holoferne cognitum, quò effuebat cerebrum.

Coma cada-  
veris suspen-  
sa pro foribus.  
Euripid.  
Falsus superbi-  
gibis la-  
mentabilis  
exitus.

Apud Prisco mos inolevit, caput cadaveris tondere, & pro foribus comam resectam suspendere. Ita refert Nicol. Causin. in Horum Apoll. lib. 1. Hieroglyph. 41. Unde Hercules non credens Admeti uxoris fatum, servo nuntianti dixit (ut ait Euripid. in Alceste. v. 805.) Quid? Nulla coma præcisa est in vestibulo. Quæ superba crispâ dissipantur vento. Cogitationes capillis notantur, & cadaveris meditanter suspenduntur; ut inimici Domini honorificati, & exaltati, in capillitio legant, quàm perniciter sicut fumus deficiant: igitur patet per supplicia & cruciatus immanes, quò friles superborum deveniant cogitationes. Quid Regia Crasis? uti ait Mantuan. lib. 4. Silvar. carm. ad Pamphil. v. 119.

Mantuan.

Quid gladii stipatus bonos? Quid pendula semper  
Ambitio? Fortuna sagax, securaque nunquam  
Prosperitas, & perpetuis obsessa venenis  
Vita tyrannorum? Sumpti pro laude labores  
Præcepti profunt, & eunti in Tartara vita?

3 Symbolo ostenditur quò procellerint, & devenirent cogitationes Xerxis, quin de-  
ciderit vel pulsus à vanis cogitationibus, allectus ambitionis cæcitate, præ fortuna in dis-  
crimina ductrice. Serò indocilis sapit, nec per flagra: Xerxes nec ipsa respicientiæ. Ille  
ergo Darij Hystaspis filius, sed haud maior natu, fortuna in solium evectus, quia pri-  
mus habitus à Rege filius. Darius cum bellum (inquit Iustinus, Histor. lib. 2.) adversus

Dddd 2

Græ.

Græcos instaurare, in ipso apparatus decidit, reliâs multis filiis in regno & ante regnum susceptis. Ex bis Armenes, maximus natu, ætatis privilegio, regnum sibi vindicabat. Porro Xerxes controversiam non de ordine, sed de nascenti felicitate referbat: namque Armenem primum quidem Dario, sed privato provenisse, se Regi primum natu: Hoc certamen concordâ animo ad patrum suum Artabernem, veluti ad domesticam iudicem referunt: qui domi cognitâ causâ, Xerxem præposuit: adeoque fraterna contentio fuit, ut nec victor insultaverit, nec victus doluerit; ipsoque litis tempore iudicem manera miserint, incundaque inter se non solum, sed credula conivicia habuerint, iudicium quoque ipsam sine arbitrio, sine convicio fuerit. Tanto moderatius tunc fratres inter se regna maxima dividerebant, quam nunc exigua patrimonia partiuntur. Eodem proposito Claudian. 2. in Rufin. v. 115.

Mens eadem cunctis, animique recentia ponunt  
Vulnera: non odit vitæ, victoræque superbit.  
Ira vel ab incunabulis fausta fors extulit Xerxem, ut cunctis posset mittere ac demittere præcipitem. Fortuna cæca quicquid in altum sublevar, ruitura levat.

4 Bellum à patre in Græciam instauratum Xerxes avidissimè promovit, à qua victus atque profugus ignominiosè recessit: At cum rediret in Persidem & vicisset Arphaxads elatus victoriâ, ambulavit in magnis & mirabilibus super se. Qui magnâ freti potentia ad manifestam deducuntur insaniam, prius amore sui prolabentes in vecordiam. In Græcia qui se hominem etiâ italeus cognovit; in Media stolidior, sese hominem ignoravit; quippequæm se plausu ac blandimine subditorum Deum fecit, ostendens edictis cerebri vacuum, vel insentia nec habere cerebrum. Præceperat enim illi (Holoferni scilicet in credita expeditione) ut omnes Deos terræ exterminaret: videlicet, ut ipse solus diceretur Deus ab bis nationibus, que potuissent Holofernis potentia subjugari. Iudith. 3. 13.

Græc. Erat decretum, ut ipsi soli latriarent omnes Gentes, & omnes lingue & tribus eorum invocarent ipsum Deum. Idem decretum in Attica. Ante navalis prælij congressionem (subdit Iust. d.) miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos ad templum Apollinis diripiendum: prorsus quasi non cum Græcis tantum, sed cum Diis immortalibus bellum gereret: qua manus tota imbribus & fulminibus deleta est; ut intelligeret quam nulla essent hominum adversus Deos vires. De huic insentia audacia, post questus est Alexander, dicens apud Curt. lib. 3. cap. 7. Deim templa ruinis, & ignibus esse deleta, urbes eorum expugnatas, fœdera humani divinique iuris violata. Hinc eius indignatio in Branchidas iuxta Miletum, quos delebit, quippe in usu Xerxis, cum è Græcia rediret (subdit, lib. 7. cap. 5.) templam, quod Dydimen adpellatur, ob eius gratiam violaverant. Strab. lib. 14. inquit: Omnia templa à Xerxe, quocumque adisset incensa sunt, præter Ephesium Dianæ. Vide Barn. Brillon. lib. 2. de Regn. Pers. fol. 169. & 216.

Arrian. lib. 3. cap. 3. & Dempster. in Rosin. lib. 2. cap. 2. Quapropter Alcibiades Padian, in 2. Cicer. Ad. in Verr. dixit: Persas ob id in visos Dijs hominibusque. Andolem Principis imitatus Holofernis. Audierunt Filij Israël (refert Text. Græc. Iudith. 4. 11.) que fecit Holofernes Archidux Regis Assirorum, & quemadmodum exspoliavit omnia templa Gentium, & dedit ea in deletionem. Unde Vulgatus, v. 2. inquit: Tremor etiam & horror in visis sensuum eorum (filiorum Israël) ne hoc faceret Iersalem & templo Domini, quod fecerat cæteris Gentibus & templis earum.

5 Mirum, quod Ioanna. Freinshemius & ex illo Nicol. Blancard. refert in loc. cit. Curtij. Non desunt (inquit) qui Xerxem templa Græcorum incendisse aiunt, quod à Iudæis veram religionem edoctus, ex præcepto divino Deuter. 7. 5. ubi: Aras eorum subvertite, & confringite statuas, lucosque succidite, & sculptilia comburite; id sibi faciendum putaret. Ludicrum profecto ratiocinium. Constat, statuas ab illo in Persidem deportatas, Plutarch. vid. in Themistocli. Pausan. cap. 275. Persarum Regem Xerxem, præter ornamenta, que ex ipsa Athenarum urbe amovit, simul (inquit) Brauronia Dianæ signum avexisse: eundemque Milejsi eodem, qui in Branchidas fuerat, Apollinem ademisse, quem multis post annis Seleucus isdem remisit. Etiam ludicrum eadem causa est, templa ab illo deleta fuisse suavis Magorum, quibus indignum videbatur Deum reducere in effigiem, & templis regi patentem ubique maiestatem. Maiestatem Solis, quem Persæ venerabantur, putabant (ait Strabo lib. 15.) nullis tectorum angustijs coercendam. Illorum sicce iudicium refert, 2. de Legib. u. 10. Cicero, subdens: Non esse parietibus includendos Deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera; quorumque hic mundus omnis templum esset ac domus. Maxim. Tyrium ad. 1. serm. 38. De Germanis refert idem Tacit. cap. 9. & lib.

Fortuna  
Xerxem  
fellit.  
Iustin.

Claudian.

Fatalis  
se  
cogitavit  
Dei.

Græc.

Iustin.

Q. Curt.

Strab.

Alcon.

Quæ de  
moliri iussit  
templa, &  
communi  
simulacra:

Pausan.

Strab.

Cicer.

lib. 5. Hist. cap. 5. Apud Romanos, ait Augustin. ex Varro. 4. Civ. cap. 31. Plus quam annos centum & septuaginta Deos sine simulacro coluisse. Idem late Plutarch. in Numa, Dionys. Halicarnat. lib. 2. Antiq. Rom. cap. 43. ac Vives in loc. Augustin. cit. etiam cum aliquibus Numinibus usitatum apud Græcos, ubi de Dea Clementia accinit Statius, 12. Thebaid. v. 493.

Nulla autem effigies, nulli comissa metallo  
Forma Deæ: mente habitare & pectora gaudet.

Nullo horum intuitu Holofernes templa destruxit, nec Xerxes destructum iri præcepit: sed duntaxat arrogandi sibi maiestatem Numinis, sese collocans extra spheram hominis: at sciat omnis gens, quoniam Nabucodonosur Deus terra est, & præter ipsam alius non est. Iudith. 5. 29. Huiusmodi dementia, aut stoliditas frequens prurigo vanitatis Regum Persarum; nisi sui, adorationem erga alios adorandos inhibentium. Vidimus, Tautol. 8. n. 12. de Cambyse: de Artaxerxe Ocho, refert Alian. 4. de Var. hist. cap. 8. Hanc Ægyptij vernaculâ lingua Asinum appellabant, inerte eius animam, imbecillitatè animalis per vituperium comparantes: quamobrem ipse Apin, vi abstractum immolavit asinum. Alij dixisse ferunt: Asinus voravit bovem. Ineime pupugit Ægyptios hocce opprobrium: quapropter à Bagoâ Ægyptio interfectus & felibus datus cibus; ut idem ait, lib. 6. cap. 8.

6 Plura post præfatam victoriam animo concepit, opereque Xerxes tentavit; ne fortuna semel à somno Græco excitata dormiret: quare verbum factum in aula eius, ut defenderet se: vocavitque omnes maiores natu, omnesque Duces & bellatores suos, & habuit cum eis mysteriam consilij sui: dixitque, cogitationem suam in eo esse; ut omnem terram suo subigaret imperio. Iudith. 2. à v. 1. Pende. Ut defenderet se, quasi ab aliquo fuerit impugnatu at læscitus. Lædens queritur, quando læsus nec irascitur: singularis næ arrogantis. Hoc habent pessimum animi, magna fortuna à insolentis: ait Senec. 2. de Ira, cap. 33. patetque summa insolentia, ut quam fecerant, cogitaret iniuria. Quia fecerunt, faciunt: iterumque faciunt, si se fecisse crediderint; ut per accumulatas iniurias prædicent non esse factas, vel esse læsos, quia vacua conatu illorum prava voluntas, mimimè agentium iure, sed honoris potestate; cui nullum citra ius, ius, cum dignitas non sit lex: nec auctorament dignitatis; infantere, quippe possunt, in complacentiam lubidinis. Superbia delicata est, habens in vindictam potestatem: Xerxesque dixit throni arroganter defensionem quasi iniurias accipere; cum ille inferret, deaurando insolentiam tumidi futilis cordis, velamine specioso læse proculcatæ maiestatis. De Xerxe loquitur Stoicus (quem stolidum vocat, eo quod multitudine tectorum diem obscurasset: aptius, si causam dixisset) ut discrete videret, quid in tantum fastidium bilem impulerit. Dividamus (inquit de Constant. Sapient. cap. 4.) iniuriam à contumelia: prior illa natura gravior est: hec levior, & tantum delicatis gravis; qua non læduntur, sed offendantur. Tanta est tamen animorum dissolutio & vanitas, ut quidam nihil acerbius putent. Ad tantas ineptias perveniunt, ut non dolore tantum, sed à loris opinione vexentur. Adeo Xerxes desipuit ob arrogantiam; ut iure tyrannidem respui, censeret propriam iniuriam; & nolle opprimi, dignitatis contumeliam. Quomodo delicati laborem huiusmodi scabie, dicit ibid. cap. 10. Ille me hodie non admisit, cum alios admitteret: sermonem meum aut super eum averfatus est, aut palam risit, & alia huius nota. Que quid vocem, nisi querelas nauseantis animi, in quas ferè delicati & felices incidunt? Nimio otio ingenta natura infirma & muliebria, & inopia vere iniuria lascivientia, bis commoventur; quorum pars maior constat vitio interpretantis.

7 In his, commotio & exardentia ex sui procedit amore, quia transeunt in affectum cordis. In illis, ex abundantia superbiæ, & adipe iniquitatis; quippe se cognoscunt indignos honoris, & honore volunt coli: per externos subditorum aut non subditorum cultus, dignitatis se arbitrantur, atque honoris benemeritos: quandoquidem per reverentia otiosam prætermissionem, arbitrantur notam fieri tantæ gloriæ indignitatem. Tu scis (dicit Domino Mardocheus. Esth. 13. 12.) quia non pro superbia aut contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman superbissimum. Foris & in cute non flet; igitur eam experimento probasset, quod Mardocheus non flecteret sibi genui, nec se adoraret, iratus valde dixit: Cum hoc omnia habeam, nihil me habere puto, quando video Mardocheum sedentem. Cap. 5. 13. Superbia ægrè fert æqualem: quomodo potest cogitare superiorem? Ingeniosè Anonymus in Descript. Vitiis. Catm. 1.

Terre nequit iuga, maiorem indignata, paremque;

Augustin.  
Apud Græcos  
nulla  
Clementis  
effigies

Stat.

Xerxes se  
Deum &  
solum sub  
ditur expo  
suisse adoran  
dum.  
Alian.

Iud. 2. 1. 2.

Senec.

Insolentia  
iniuriam  
fugit, dum  
facit.

Idem.  
delicata  
dignitatis  
maior.

Idem;

Cur indigni  
ambiant: tā  
tum reve  
remies?

Anonym.  
Superbia  
conditio.

Imperia usurpat, regniq; libidine feruet.  
Immanifecta, ferox, miseris aduersa, minaxq;  
Nescia amicitia; rixarum & litis origo.  
Dura, ingrata, duplex animo, violenta, rebellis.  
Improba, quid pietas, quid sit clementia, nescit.  
Persida fœdistragam dubio sub pectore mentem  
Versat, ab excelsio fugientia culmine semper  
Saxa movet, laudam semper vesana cupido  
Solicitem pectus curis flammantibus urget.

Iustin.

8 Haud fecis Principes desipientes deaurant prolubia phantasiae, ut sicâ injuriâ lateat pruritus superbia; utentes violentiâ furibunda potestatis, maxime aliquo colore iustis. Quodnam Xerxis in huiusmodi insanam expeditionem, quoniam apud Expositores silentium altissimum, indicare, præter auguror, erit operæpretium. Supra vidimus, quo iure præ fratre natu maiore, elatus in Persarum regimen, & Monarchiæ culmen, addens in causâ palmam, ut refert Iustin. ubi supr. *Se esse, quem primum in regno iam Rex pater sustulerit. Huc accedere, quod Artemenes non patre tantum, sed & matre privatae ad huc fortune, avo quoque materno privato procreatus sit: se verò & matre Regina natum, & patrem non nisi Regem vidisse, avum quoque maternum Cyrum se Regem habuisse, non heredem, sed consortorem tanti regni: & si in equo iure utrumque fratrem pater reliquisset, materno tamen se iure, & avito vincere.* Totum ius Xerxis in hoc cardine vertitur, & eius cogitatio in totius subjugationem terræ emanavit ex hoc iure. Diximus Tautolog. 8. num. 2. ex *Isaia 44. & 45.* concessum à Deo Cyro telluris ambitum, quam bellis possit trahere sub dominationis iugum. *Omni terra* in Scriptura non intelligendum de toto orbe, sed de terra, de qua loquitur, vel sit sermo, aut confinibus illius. *Luc. 4. 25. Facta est fames magna in omni terra:* id est, in Israël, & in eius terræ confinibus. *Omnes fines terræ adorabunt te: Tob. 13. 13. Ut disperdam omnem terram.* *Isai. 13. 5.* hoc est, terram, ex qua Chaldaeorum Monarchia; uti hic observat Hieronymus, & habetur perspicuum *Matth. 9. 26. Exiit fama hæc in universam terram illam: v. 31. In tota terra illa. Luc. 7. 17. Exiit hic sermo in universam Iudæam & in omnem circa regionem.* Acceptiorem videris apud Propert. lib. 1. *Eleg. 3. v. 32.*

Omni terra, pro terra, de qua sermo, vel eius confinibus.

Propert.

*Post Helenam hæc terris forma secunda redit. Eleg. 4. lib. 3. v. 3.* Parat ultima terra triumphos. & *Eleg. 22. v. 17. Romæ cedent miracula terræ.* Ita apud *Luc. 2. 1. Exiit edictum à Cesare Augusto, ut describeretur universus orbis.* Haud alio sensu illud *Cyri. 1. Eldi. 1. 2. Hæc dicit Cyrus Rex: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus.*

Iudith. 1. 2.

9 Cum Dei gratia avus Rex Cyrus habuisset quod Xerxes debellare in subiectionem cupiebat, & ultra progressus esset in Scythias quasi hæreditario iure illa disita regna, uti propria iungere intendit in regimen, potissimè illi reluctantia subiectionem: quo iure, vel iuris fide, priusquam armis erumperet, quasi fecialiter, ut terram & aquam peteret; nuncios milit ad omnes qui habitabant in Cilicia & Damasio & Libano, & ad gentes, quæ sunt in Carmelo & Cedar, & inhabitantes Galilaam in campo magno Esraelon, & ad omnes qui erant in Samaria & trans flumen Iordanem usque ad Ierusalem, & omnem terram Iesse, quousque perveniatur ad terminos Aethiopiæ. Sed quid? Omnes uno animo contradixerunt & remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt: v. 11. Hinc, iram quam peperit è throno gravidata superbia.

Anonym.

In omne  
Spontè scelus præceps ruit implacabile monstrum,  
Tela gerens, arcumque manu caput ardua tollens  
Clangit, & ingenti movet internodia passa,  
Paulatimque viam suspensio gutture carpit.  
Cùm bellator equus domini frenatus habenis  
Ostentans pectus latum, cervice sub alta,  
Conglomerat at bibulo lentos in pulvere gressus.

Hispanicè: *Hæc cabriolas hæc corvetas.* Superbum victor sequitur à tergo Deus. In momento fortuna ludens, quæ extulit infima, proterit summa; ut calcetur eminentia.

10 Minister huius facinoris ac factionis eligitur Holofernes, assentator mirificus. Principis, & ipse avidus adulationis, ut constat ex apparatu.

*Vidi sub pedibus leges, subiectaque colla*

Nobilium, tantumque sibi permittere fata:  
Niamiam desimulat dominos, atque tumescunt  
Servilis animi.

Claudian.

In commendationem delegatæ maiestatis, decrevit eius adventum præcedere signum ignis: de quo infr. n. 17. Unde cap. 10. v. 25. in Græco legitur: *Erant Holofernes requisitens super lectum suum in conopæo, & annuntiaverunt ei: ea: & exiit in profectum, & lampades argenteæ ardentes præcedebant eum.* Exterior cultus expressit hyperphantiam arrogantia, quam fovebat turgens pectus: equidem licet admonitus de Dei Hebræorum maiestate ac magnitudine; despectui habuit, susque deque fecit, iubens exercitum castraque moveri in Bethuliam, effutens unâ blasphemiam: *Ut ostendam, quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor.* *Iudith. 6. 2.* Cedrus cadet. O curbita! Nescis quod te maneat fatum. Pavidâ civitas ad Deum, ab hoste inhonoratum, confugit, partoque triumpho de blasphemio superbo, sospes evasit. Totus articulus graphicè describitur à Seneca, in *Tyest.* à v. 597.

Nemo desperet meliora lapsis.  
Nemo confidat nimium secundis.  
Vos quibus rector maris atque terræ  
Ius dedit magnum necis atque vitæ,  
Ponite inflatos tumidosque vultus:  
Qui quid à vobis minor expavescit,  
Maior hoc vobis dominus minatur.  
Ima permutat brevis hora summis,  
Ille qui donat diadema fronti,  
Quem genu nixæ tremuere gentes;  
Cuius ad nutum posuere bella  
Medus, & Phœbi propioris Indus,  
Anxius sceptrum tenet, & moventes  
Cuncta divitias, metuitque casus  
Mobiles rerum, dabiâque tempus  
Quem dies vidit veniens superbum,  
Hunc dies vidit fugiens iacentem.

Fortuna  
successu in  
momento va-  
ria.  
Senec.

Exitus cum urbis exultatione probavit, quum Holofernis caput Iudithæ heroina rescucit: *Ecce caput Holofernis Principis militia Assyriorum:* cap. 13. 9. Siccine relinquit ad lubitum Nemesis, cæca Fortuna, vel in medio throni, magniloquos superbia sua.

11 Idem lego perfectum à duabus heroinis. *De Chionara* (inquit Plutarchus de *Virtut. Mulier.* cap. 21.) *quid referam? Illa uni innuit, ut amplexantem se & osculantem Romanum, ductorem Ordinum, vult se ferret: cùmque parens caput eius præcidisset, sublatum ipsa, sine illud involoit, aufugitque. Ut ad virum venit, caput ante pedes eius abiecit, &c.* Appositius exemplum refert Curtius, lib. 8. *Histor. Alexandr.* cap. 3. *Spiramenes simulato captus obsequio, de die convivium adparari iubet, vinoque & epuli gravis semisomnus in cubiculum fertur: quem ut alto & gravi somno sopitum esse sensit uxor, gladium quem veste occultaverat, stringit, caputque eius abscessum, cruore resarsa, seruo suo conscio facinoris, tradit: eo comitante, sicut erat cruentâ veste, in Macedonum castra pervenit, nunciarique Alexandro iubet, esse qua ex ipsa deberet cognoscere. At illa seruum, quem stare in vestibulo iusserat, introducere desideravit: qui quia caput veste repletum habebat, suspectus scrutantibus, quid occulerit, ostendit. Raderus hic infit: Iudithæ simillimum facinus, simillimoque modo patratum, nisi quod illa sanctissima herois hostem Numini & patriæ, hæc amantissimum sui maritum, illa piè, hæc impiè interfecerit. Iudith ergo ut ostenderet populo cum capite Holofernis excussile iugum:*

Plutarchi  
Virtus fa-  
minarum.

Q. Curti

Rader.  
Iudithæ in-  
finit.

*Ipsa ardua montis  
Per deserta iugo properans adventat ad urbem.*

Virgil.

12 Dubitari quibat præ Ducis arrogantia, an ille esset in throno vel superbia: maxime herode dicente, ut illius elati frangerentur spiritus: *Fac Domine, ut gladio proprio eius superbia amputetur.* Non caput eius, sed superbia eius: ut quanta esset in Holoferne, constaret ex eius capite: equidem si à capite rationis iudicium atque prudentis dominationis deceretur; nullum in huius iuxta dominanticem rationem, sed tantum iuxta superbiâ pro capite dominantem. Superbiâ iungit & gladium, illique dat gladium proprium, ut eluceant infidia in tuta superbia: quandoquidem à scipia tandem tandem

Iudith. 91  
12.

Superbia  
accipiat.

ingulatur arrogantia. Gladio proprio. Haud exigua excellentia in Iudithidis triumpho; quam nata voto. Ita detruncatur Goliath. 1. Reg. 17. 51. De coniaratis in mortem Cæsaris, ait in Eo Sueton. cap. 88. Dammati omnes: nonnulli semet edent illo pugione, quo Cæsarem violaverant, interemerunt. De Cæsio ac Bruto, etiam refert Plutarch. in Cæsari & Jul. Capitolin. in Gordian. infit: Trium igitur Gordianorum hæc fuit vita. Omnes qui- cumque gladio appetivere, sua manu suisque gladijs O ipsam, quibus percusserant, interiisse dicuntur. Superbus tantum in se gestat gladium, cuius acies in gestantis tumidum iugulum. Non in alio nisi in Holoferne describitur a Prudentio superbia; ex qua Iudithis victoria. Ita enim accinit in Psycheomach. à v. 116. & 350.

Sueton. Sese iugul- lat. Capit.

Prudent.

Triumphus Iudith.

Bernard.

Cicer.

Iudith. 13. 28.

Acceptioes Superbia.

Plin.

Tunc exarmati iugulum Holofernis adactio  
Transiit gladio: calidos vomit ille vapores  
Sanguine concretos cænofo, spiritus inde  
Sordibus exhalans vicinas pollutat auras.  
Hoc tibi babe, exclamat victrix regina: supremam  
Hic tibi finis erit: semper postrata iacebis,  
Nec iam mortiferas audebis spargere flammæ.  
Tené, ô venatrix hominum, potuisse resumptis  
Viribus extincti capitis recalcere flatu,  
Asyrium postquam thalamum cervix Holoferni  
Cæsa, Capidæneo madefactum sanguine lavit?  
Gemmatumque thorum mæchi Ducis aspera Iudith  
Sprevit & incestos compefcuit ense furor:  
Famosum mulier referens ex hoste trophæum,  
Non trepidante manu vindæ mea cælitus audax:  
Tunc caput ovantis flexæ cervicis rescitum  
Eripit, ac madido suspendit colla capillo.

13 Gravis curatio humiliatio hæc (inquit Bernard. de Divers. Serm. 20. n. 4.) sed gravior morbus superbia. Ubi cor insensibile, prorsum vulnus insanabile. Dij boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aspectu! Unam aliquem (ait Cicer. pro Sextio Pison.) ex barbaris illis exemplum imperij veteris, imaginem antiquitatis, columnam Reipublice ceteros intueri. Nam quid ego de supercilio dicam, quod tunc hominibus non supercilium; sed pignus Reipublice videbatur: tanta erat gravitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo supercilio Reipublica tanquam Atlante cælum niti videretur. Quid in corde insolentis nisi ultimum immedicabile vulnus, ubi arrogantia comitata blasphemia? Propterea Iudith, ut idem ipse qui audivit ausum, videret de adiatrephia supplicium: dixit Achior. Ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbia sue Deum Israël contempsit. En Tautologia, pro cuius expositione aliqua prænotanda.

14 Vox superbia multifariam accipit: pro gloria scilicet, plausu, gratulationes abundantia, ornatu, decore, pulchritudine, nobilitate, elevatione, fastu, sublimitate, altitudine, præstantia, excellentia, superexcellencia, magnificencia, ac magnificatione; ut videt qui ait apud Homerum, 12. Iliad. v. 300. Odyss. 11. v. 385-16. v. 541. sicut e contra, apud Plaut. in Trucul. Act. 1. 2. scen. v. 55. Vos nequam & gloriose; hoc est, superbe & gloriabundè. Acceptioem cunctarum sunt exempla tam in Sacris, quam in Ethnicis. Mecum sunt dignitate & gloria, opes superbas: Prov. 8. 18. gloriose, altimabiles scilicet divitiæ, vel abundantia summa divitiarum. Pro eo, quod fuisse derelicta, ponam te in superbiâ (gloriam, plausum, ac decorem) sæculorum. Ili. 60. 15. & 61. 6. In gloria eorum superbitis. Abundabitis sublimes & excellentes. Dum superbit impius (prosperatur) incenditur pauper. Psalm. 9. divis. v. 2. & Exod. 15. 1. Cantemus Domino: Gloriæ enim magnificatus est. Hebr. Superbiendo superbiuit: & Psalm. 67. 35. Super Israël superbiat: ubi Vulgat. Magnificencia. Apud Profanos etiam obvia testimonia. Senec. Epist. 76. Virtus superba incedit. Plin. Traian. Panegy. infit: Finem sermoni suus cuique pudor, non tuâ superbia facit. Homer. 12. Iliad. v. 42. & 17. 2-26. fortitudine superbi. Pin- dar. Olymp. Od. 1. v. 4. Superbas divitias. Elchyl. Sept. ad Theb. v. 356. Superba insignia. Euripid. in Hecub. v. 622. Superbiâ (gloria) priori spoliati. In Orest. v. 805. Per Græciam superbiens. In Andromach. v. 164. Pro beata priore superbia. Similiter in Bacch. v. 775. & 1142. in Supplicib. v. 399. & 404. in Hippolyt. v. 1020. in Mæda. v. 119. denique in Phœniss. v. 29. 205. & 509. Plaut. in Stich. Act. 2. scen. 2. v. 128. Secundas fortunas decent superbia. Propert. lib. 2. Eleg. 33. v. 14. Superba Dea: & 3. Eleg. 8.

9. 35. Nulla formosa aquæ: iurè superba est. Plura hic testimonia videris apud Passerat. ex Horat. & Ovid. Omnigenam superbia usurpationem congerit varjis in locis Virgilius: 1. Aeneid. v. 25. Latè Regem, belloque superbum: nempe gloriosum. 2. v. 785. Scæsq; superbas: scilicet, sublimes, decoras, magnificas & præstantes. 1. v. 643. & 701. O sbroque superbo. Aulais iam se Regina superbis: puta pretiosissimis. 2. v. 504. Postes spolijs superbi: ornatisissimi, pulcherrimi, nimirum. Idem lib. 8. v. 202. & 721. Genus superbum: lib. 11. v. 340. hoc est, præstantissimum, valde illustre, summè nobile, excellens & spectabile. Claudian. de 4. Consul. Honor. v. 203. Nat. s;que superbus: nempe, gloriosus: de Phœnic. v. 88. Ditione superbit. Ovid. de Medic. fac. v. 34. Formâ multâ superbit avis. Martial. lib. 6. Epigr. 55. Alitis superba. lib. 5. Epigr. 21. & alibi sæpe: Imagines superbas. Senec. in Hercul. Act. 20. v. 1506. Superba (inignis) matres inter Argolicas. In Mæda, v. 205. Manus superbas: idest, regales. In Troad. v. 6. Starent fragili loco superbi: hoc est, Reges. Confulesis Delr. hic. Etiam Vates Chrillicolæ utunter læpæpius huiusmodi acceptance. Venant. Fortunat. de Part. Virgin. v. 224. Gemma superba throni: v. 260. Conderis in solio filijs Regina superbo. Sidon. Appollin. Epitaph. Avo. v. 18. Hæc superba virtus, hoc primum decus. In Socr. Panegy. v. 495. Superbum præfcituræ apicem. Alciat. Emblem. 12. Signa superba nitent. Denique Nazianz. Carm. 38. de Chriſt. genealog. v. 16.

Sic traxit regale genus, sceptramque superbum. Non in ulla præfatarum acceptioem interpretanda Holofernis superbia; sed pro perversa celsitudinis appetitu, & animo rebelli, audace, insolentia protervo, inflexibili, quo arrogancia proposito: quo sensu Virgil. 1. Aeneid. v. 527. infit: Injustiaque dedit gentes frenare superbas: hoc est, rebelles, & subiectionis iugum reluctantes; sicut ibid. v. 533. usurpatur superbia pro audacia: Nec tanta superbia vicisti. Hoc in sensu, 2. Machab. 1. 28. dicitur: Contumelliam facientes in superbia: quasi gloriose ac tumide: ceteros habentes & fastidio & despectui. Levit. 26. 19. Conteram superbiâ duritiæ vestræ (aut per Hypallagem, duritiam superbiæ vestræ) indicat inflexibilitatem cordium tenacitate iudicij, aut malignitatum; de quo Isai. 9. 9. In superbia & magnitudine cordis: & 16. 6. quod iterat Ieremias, 48. 29. Audivimus superbiâ Moab (superbus est valde) sublimitatem eius & arrogantiam & superbiâ & altitudinem cordis eius. Ex gratia Xerxis, ex sublimitate honoris, atque ex præstantia potestatis, ductus est Holofernes in elationem phantasticam mentis; quasi ad eius nutum, quasi Numinis, cuncta moverentur & commoverentur: spe firmiter conceptâ de opprefione repugnantium Hebræorum, ex fastu subiectionis cæterorum provinciarum. Tantis metus provincijs illis incubuit, ut universarum urbium habitatores Principes, & honorati simul cum populis exirent obviam venienti, excipientes eum cum coronis & lampadibus, dacentes choros in tympanis, & tibijs. Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt: cap. 3. a. 9. De Lysandro post capras Athenas, ait in eo Plutarch. Illi primo Græcorum perinde ac Deo pro civitates & are & sacrificia constituta. Usus frequens cum viro virtutis singularis; ut iussit Nabuchus fieri cum Daniele, illum adorans: cap. 2. 46. Igitur omnibus non humanis tantum, verum & divinis eum honoribus onerant: ait Iustin. lib. 5. Hystor. de Alcibiade Athenas redeunte. Signa describit Gregor. Magn. lib. 34. in Iob, cap. 18. Cantus (inquit) apud se superbi cogitatione tumentibus, inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, inonestas in actione, honestas in imagine, erectio in incessu, rancor in responsione. Horum mens semper est ad irrogandas iniurias valida; ad tolerandas infirma: tanto eorum mens vastius accenditur, quanto consideratius infirmari iudicatur. Sili ergo ruina crescit quod adificiant. En Holofernes: vel placatus furit, superbia torquet.

Et tacitis ardens curis sublimia semper  
Mente agitat, tumidoque sedet in corde venenum;  
Contemprix inopam, vultus elata severos,  
Inflatoque rotans turgentia gutture verba.

16 Superbia quæ quidem est arrogantia & insolentia cum elatione mentis, accipitur & in specie & in genere; iuxta DD. Scholastic. cum D. Thom. 1. 2. quæst. 84. & 2. 2. quæst. 162. Q. 163. In specie, seu complete, est appetitus inordinatus excellentiæ, cui summus honor debetur; sine subiectione in illum, cum debetur summus honor: ut cum homo de se non sapit humana; sed se extollit supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, & ascendens se tanquam sit Deus. 2. Theſſal. 2. 4. Ita Tom. 1. Etcc

Greg. Naz.

Superbia pro contumacia.

Hypallage

Faster Hæc Ioferris.

Platareſu

Greg. Magi Conditio superbi & signa.

Anonymi

Quid sit superbia

Ad:

Antiochus Epiphanes, seu potius Hyperephanes: de quo Daniel, 11. 36. *Eleuabitur & magnificabitur aduersus omnem Deum, & aduersus Deum Deorum loquetur magna & dirigitur, donec impleatur iracundia.* Fusc de hoc superbissimo ac blaphemo, 2. *Macchab 9.*, qui nec se ferre quibat, ut cognosceret; quam iustum, *subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire*: v. 12. quandoquidem *sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare (supra humanum modum superbia repletus) & montium altitudines in statera appendere*: v. 8. Multa congesimus hic *Tautol.* 1. n. 7. & causam huius, solitudinis mittem, *Tautolog.* 7. n. 2. quasi possent vertice sidera tangere, quo non ostendunt vestigium potestatis, sed inflationem arrogantis cordis. *Veritatem facti Alexandrum exisse* (ait Marc. Senec. *Suasor.* 1.) *quosdam superbissimos & supra mortalis animi modum elatos cernimus.*

Plage bominum & summa miseria, qui se cogitant Numina.

Senec.

Ut si terrigenæ tentarent astra gigantes.

Ignarum mortale genus, per fulmina tantum secret, adbus celo solum regnare tonantem.

Lucan.

Ur canit Locanus, 3. *Pharsal.* à v. 316. Luculenter Plinius, *lib. 7. cap. 43.* *Unus hominum (inquit) ad hoc eui felicit sibi cognomen asseruit L. Sylla. At quibus argumentis? O prava interpretatio & futuro tempore infelix! Age, non exitus vita eius omnium proscriptionum ab illo, calamitate crudelior fuit, erodente seipso corpore, & supplicia sibi gignente? Ad Valer. Max. lib. 6. cap. 9. & lib. 9. 2. Cæli. Rhodigin. lib. 24. cap. 6. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 25. & Plutarch. in Eo. Præcesserat in Epiphane eadem strages: ut non solum pateret fragilitas conditionis, sed extremæ dirisimæ calamitatis. Cum simus mortales, decet nos mortalia sapere: inquit Euripid. in *Alceste.* v. 799. Sophoc. in *Trachin.* v. 474. *Disco mortalem, sapientem mortalia.**

Plin.

Rhodigin.

Cultu, habitu & ritu emulabantur finis diuinitati.

Max. Tyr.

Ammian.

Maximè igne prætoro.

Coripp.

Curt.

Lucan.

Superbia mater vitiorum.

17 Hinc Indi Reges ut diuinitatem affectarent plures ministros cum thuribullis conspicuos habebant, adolentes aromata. *Ubi visendum se publice Rex præbet* (inquit Rhodigin. *lib. 8. cap. 2.*) *apparent argenteis thuribullis. Iter uniuersum, quod uetatur, odoribus odoratur.* Hi ergo haud aliter ornabantur, quam Numinum cultus cuius vitium ad Romanos transiit; ut asserit Plutarch. in *Marco Antonio*, Særon in *Caligula*. cap. 22. *Æl. Lamprid. in H. Iulio abal. & Commod.* De Cyro conditore Monarchia Persarum, quæ in pompa Iovem (ait Cedren. in *Compend. histor.*) non ab alijs, quam à Regibus in curia uehi solitam; sicut de eius filio Cambyse diximus hic, *Tautolog.* 8. n. 13. uoluitæ adorari Deum, & portari cervicibus Regum. Hoc intuitu Monarcham Persarum prædebat nonnuncquam ignis, in signum potestatis & diuinitatis: haud alio signo uidiore exprimebat diuinitatem, nisi per ignem. *Persæ ignem adorant, nimirum diuinitatis signum:* inquit Max. Tyr. *serm.* 38. & Pier. Valer. *lib. 46. cap. 33.* Vide de igne in arboribus, qua diximus, *Tautolog.* 1. n. 54. *Pone curram, quò in magno foculo ignis præferrebat, sequetur Cyrus:* ait Ammian. Marcellin. *lib. 23.* qui quidem ignis, cælestis lapsus dicebatur, seruatō sedulo in atulis: ut præcederet Reges. *Bulenger. 2. de Imperator. Roman. cap. 26.* Sueton. etiam meminit in *Tiberio*, cap. 14. ubi Iust. Lipsius: *Opinor* (inquit) *Roman traductum morem à Persis: illorum enim Regi prælati ignis.* Corippas *lib. 2.* succinit:

Prænuncius ante

Signa dedit curfor, postea de more lucerna.

Constat sanè Persarum ritus ex Curtio; qui apparatus Darij bellicum referens *lib. 3. cap. 3.* inquit: *Ignis, quem ipsi sacrum & æternum uocabant argenteis altaribus præferrebat.* Idem Xenoph. *lib. 8.* & Brisson. *d. lib. 2.* Inter Romanos etiam ignis Imperatoris. *Persæ illi rapur ab aræ: ut canit Lucan. lib. 1. v. 549.* Sicine Deitate superbe Ethiois præstebantur, amulantes uerum Numens de quo scriptum: *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Psalm. 96. 3. & Daniel. 7. 10. *Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius.*

18 Superbia ergo in genere potest dici transcendentalis, quippe quicumque peccat, Deo non subijcitur: & qui Deo non subijcitur, planè superbit. Sic dicitur lupi bera per redandantiam in alia peccata, quæ ex superbia oriri solent: uel ex parte intentionis, seu finis, præut alia crimina ordinantur ad propria excellentiam; administris, proprium modum: quod fit inordinatè prosecutione commutabilis, delectabilis, æ parentis boni; aut fuga boni ueri, rationabilis, propter annexum malum, seu cogitatum incommodum. Ipsa namque vitiorum regina superbia (ait Gregor. Magn. *d. lib. 31. cap. 17.*) *cunctis vitium plene cor ceperit; mox illud septem principibus uitij, quos quibusdam dactibus*

deuastandum tradit: quos uidelicet duces exercitus sequitur; quia ex eis proculdubio important uictorum multitudines oriuntur. Radix quippe cuncti mali superbia est. Sumendum est iudicium non de singulis generum, sed de generibus singulorum uictorum. Quo modo in anima fiat radix radicem facta superbia, ut ex huius appetitus inordinatio, germinet alij inordinati appetitus cathgorice, doctèque ab aliquibus signatur per fugam boni ueri, & auiditatem boni falsi, & exterius & interius. Interius, si fit in anima: unde *Vanagloria*, seu gloriæ inanis appetitus & in laude & in honore. Si in corpore, pulullat *Gula*, seu ingluuies, appetitu inordinato cibi & potus: uel *Luxuries* in appetitu ueneris. Exterius, quia inordinatè tendit in exteriora, ex quibus singularis excellentia, per *Auaritiam*, appetitum inordinatum opum, & concupiscentiam diuitiarum. Fugiendo ergo inordinatè bonum uerum, quod ducit ad summum bonum; oritur fallidum animi, quod *Acedia*, seu pigritia, recessa à bono, illius bonitatis rædio: quam quidem uidens superbus in proximo, tæbescit tristitia, quæ *Inuidia* dicitur: cuius depravato affectu, foras erumpit cor læsum, ostendens appetitum uindictæ; qui dicitur *Ira*. Erudita cogitatio, sed præut augur potius demonstrat superbia multiplex germen, quam superbia horum germinum radicem. Et si non appositiùs, dicam breuius: Ex eo quòd aliquis superbit, aliquem æqualem dolet; & fit inuidus: inuidus de facili in iram erumpit: iratus modò non possit uindicare, trillatur; unde accidia: hæc sollicitus in exterioribus solatiu, quærit diuitias: hinc auaritia. Auarus in temporalibus abundans, gulam exercet: gula denique ex ventris repletione spumat pronè in luxuriem. In omne scelus ruit impiabile molitrum. Nulla arbor in sæculo felicior, neque fecundior:

Illeque cunctorum radice est prima malorum;

Ex illo uitium prouenit omne lacu.

19 Ita signat Syrachus: *Initium omnis peccati superbia.* Paulus, 1. *Tim.* 6. 10. inquit: *Radix omnium malorum est cupiditas.* D. Thom. loc. cit. 1. 2. art. 2. conciliat: *Cupiditas* (inquit) *respicit peccatum ex parte conuersionis ad bonum commutabile, ex quo peccatum quodammodo nutritur & fouetur; & propter hoc cupiditas dicitur radix: sed superbia respicit peccatum ex parte auersionis a Deo, cuius præcepto homo subdi reuolat. Ideo uocatur initium; quia ex parte auersionis incipit ratio mali.* Ingeniose quidem, sed non genuine; uti subdit idem D. Angel. *Quauis uera sint, tamen non sunt secundam intentionem Sapientis.* Unde superbiam asserit initium omnis peccati in ordine intentionis, seu intuitu finis: ex ordine uerò executionis Cupiditatem esse peccati radicem; quia per diuitias nanciscitur peccator opportunitatem adimplendi omnia desideria cordis. Anselmus in loc. ad *Tim.* & Augustin. 1. 1. de *Genes. ad liter.* cap. 15. accipiunt in genere, præut diximus. nam, antecedit. id est, pro appetitu inordinato, seu pro prauitate appetitus; aut pro inclinatione naturæ corruptæ ad bona corruptibilia inordinatè appetenda. Sic enim Cupiditate uti genus generalissimum comprehendit sub se & Superbiam & Auaritiam tanquam species, aut genera subalterna. Dicam quæ cogito: uerum nescio, an collimabo.

20 Initium malorum dicitur *Superbia*, atque rapix *Auaritias*: ita ut huiusmodi radix proueniat ex superbia huiusmodi radicis principio. Patet in Angelo, qui quidem labi non potuit, quippe incapax huiusmodi uitij, auaritiæ prauitate. Unde dum Apostolus auaritiã uocat omnium malorum radicem; non potest intelligi auaritiæ præcedentium, quò nequit radix esse: sed concomitantium, aut subsequentiũ, quorum est radix. Est ergo radix huius radicis, quæ uocatur principium omnis peccati, nimirum Superbia, à qua Auaritias quæ est radix malorum, malorum non est principium. Cur Auaritiã malorum radix, diximus abundè hic *Tautolog.* 3. ad illud Habac. *Auaritiã malam.* Superbia ergo fuit initium peccati & omnis peccati; haud quia illà auersus homo à Deo (omne enim peccatum idem habet) sed quia singulariter per superbiæ crimen felse extalit, & arrogant; inordinatè appetens indebitam excellentiam: nimirum esse sicut Deus. Superbia specifice fuit lege læta, non subijci Deo specialiter præcipiente, de ligno fatali non comedi. Se Adamus fecutus est illa in audacia, non Deum; qui fulmina uerat legem & transgressionis penam, cui debebat eæcam obedientiam, atque præcepti obseruantiam. Imò Dei relictæ uoluntati, quod proprie amor sui, felse diligendo super omnia, cum Deum deberet diligere plusquam se. Quapropter cum ille articulus fuerit, quò homo separatus à Deo, defecit ab obedientia per superbiam, seu non subiectionem; & à peccato illo omne peccatum manarit (quia per unum hominem peccatum intravit in mundum) superbia dicitur initium peccati; seu omnium hominum peccatum peritit; & cunctos perdidit

Greg. Mag.

Quo ordine?

Processus vitiorum.

Anonymi

Ecclesi. 10. 19

D. Thom.

An capitulatio uel superbia uictiorum scaturiget

Superbia principium, auaritiã radix.

Tob. 4. 14. primum homo. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Pende Omnis. Hi pereunt per luxuriam, alij per itam, gulam & avaritiam, alij per invidiam & accediam; & superbia dicitur omnis perditionis initium; quippe illa radix prima capitalium vitiorum.

21 Male voluntatis initium (inquit Augustin. 14. de Civit. cap. 13.) quod potuit esse nisi superbia? Initium enim omnis peccati superbia est. Quid est autem superbia, nisi perversa celsitudinis appetitus? Perversa enim celsitudo est, deserto eo, cui debet animus inhaerere principio, sibi quodammodo fieri, atque excelsitipium. Hoc fit, cum sibi nimis placeat. Sibi vero ita placet, cum ab illo bono immutabili deficiat, quod ei magis placere debuit, quam ipse sibi. Peccatum ergo Adæ, à quo omne peccatum, fuit appetitus excellentiæ (illo modo inordinatus) sicut diaboli ruinæ. Huius crimine elucet, à superbia ortam omnem & omnium perditionem. Unde idem Ss. Doctor. loc. cit. de Genes. ad liter. cap. 14. inquit: Invidia sequitur superbiam, non precedit. Non enim causa superbiendi est invidentia, sed causa invidendi superbia. Cum igitur superbia sit amor excellentiæ propria, invidia vero sit odium felicitatis alienæ, quid inde nascatur, satis in promptu est. Superbiendo igitur invidiam, non invidendo quisque superbus est. Tam in lapsu diaboli, quam in transgressione hominis videtur peccatum non fuisse avaritiam, sed superbiam; a perceptum sine ordine excellentiam propriam. Adi Ambros. Epist. 33. ad Diemetriad. Chrysostom. Homil. 15. in Ioann. Proser. 3. de Vita contempl. cap. 3. & 4. Gregor. Magn. 34. in Job. cap. 18. Bernard. de Inter. domo, cap. 41. & Fulgent. Epist. 3.

22 Ratione etiam theologica roboratur peccatum Adami fuisse superbiam; de quo Magist. sentent. 2. dist. 22. & hic Angelic. Doctor. Nulla ergo rebellio illo in statu quibat esse appetitus sensitivi adversus rationalem, cum omnimodam haberet subiectionem. Haud caro excuteret iugum rationis, ni prius ratio excussisset Deitatis. Unde non potuit esse primum hominis peccatum, inordinate appetere sensibile bonum, quippequam rationis ordine bonum concupiscebat sensibile. Ibi sane primum peccatum hominis, ubi primum appetitus inordinati finis: in carne nequibat esse prima inordinatio, cum hac penderet ab interiore anima seu mentis motu: quandoquidem prius excitatur appetitus in finis consecutionem; quam in ea, queis movetur propter finem. Cum ergo finis fuisset presumptio potestatis propriæ, factu arroganti inordinatæ excellentiæ, quæ quidem signatè superbia est; superbia profectò fuit primum peccatum Adami: primum enim inter motus ad peccatum, peccatum iure signatur; in quo primo inordinatio appetitus invenitur. Ita ergo initium omnis peccati superbia, quoniam ex Adamo sumpsit peccatum initium. Septem principalia vitia (subdit Greg. Magn. quò num. 18.) de hac virulenta radice proferruntur. Hi fructus acerbissimi radicis amaræ, quam comitantur insane cogitationes, deliria amotementis, arrogantia, fastositas, philautia, cenodoxia & infolenia. Accinit Mantuanus, ubi suptr.

Car primum bonum peccatum non avaritia, sed superbia

Greg. Mag.

Mantuan.

Iud. 3. 2.

Anonym.

Greg. Mag.

Plin.

Sedes superbia & cervicis & supercilii.

Front.

Discrimen superbia & arrogantia.

————— Etenim super æthera sese Tollit, & extenso sociis supereminet ore, Omnia convolvens ceca de sede barathri, Crimina nigramentem post se trahit omnia pompam.

23 Accedamus igitur Tautologia expositio, qua ostenditur specimen Holofernis arrogantia, cuiusque comites elationis superbiæ tam in animo, quam in vultu, corde ferreo, Desinat inaignario tua circa nos: dixerunt legati provinciarum; sed ille durior & durior, Demolitus est omnes terminos eorum, & lucos eorum excidit: legit Græc.

Ardua sublata circumfert lumina frontis Et vanam proceri miratur corporis umbram; Nunc hæc, nunc illac oculos & colla retorquens, Spectari gaudet.

Per cervicem solet superbia designari: ait Greg. d. lib. 10. cap. 14. Plin. 11. cap. 37. In assensu (inquit) supercilii homini. Hæc maximè indicant fastum: superbia alinbi conceptaculum, sed hic sedem habet. Idem Cicero in Luc. Pison. Horat. 1. Epist. 18. v. 94. Dele supercilio nubem, de quo Petr. Victor. Var. lect. lib. 16. cap. 14. Cornel. Fronto in Vocabul. differens. ait: Differt superbia ab arrogantia, quod hæc in paupertate esse possit, illa vero non nisi in divitijs. Quam ridiculum, constat Eccli. 25. 4. ubi: Pauperem superbium. Arrogantia namque quid distinetum à superbia, verum illius individua comes. Quando quis extollitur, sibi visus singularis, est cenodoxia seu gloria vana: quando sicine æquales, inferiores aut superiores spernit, superbia; quæ alta sanè à vanagloria: igitur vanagloria, seu mentis inanitas, est appetitus manifestationis excellentiæ propriæ;

præ, atque superbia propriæ appetitus excellentiæ. Ita ergo eius affectus cupit deprimeri, vel opprimere alios, quantumvis excellentes; & quò magis agnoscit, magis ac magis obcurare percupiscit. Mantuan. d.

Innocuos, mitesque animos irridet, & odit Quem videt æternis illa frem laudibus altum, Per virtutis iter veri conscendere honoris.

Mantuan;

24 Fastidium cunctorum elationi inest, quod cunctis fastidium; quasi, qui eiusdem conditionis, per muneris superioris qualitatem, esset arrogans (quia cogitat) ultra communem, quam despicit conditionem. Coniungitur nonnumquam aliorum contemptum in honore dignitatis, ubi exultimatio astimata propriæ excellentiæ ac magnitudinis: superciliorum saltu, verbis & gestu. Consul ipse (inquit Cicero ad Attic. lib. 1. Epist. 13.) parvo animo & pravo, tantum cavillator genere illo moroso (mocofo, Salmat.) quod etiam sine dicacitate ridetur; facit magis, quam facetijs ridiculus. Mocofoam dicendi genus, ut ostendens Quintilian. 1. Institut. cap. 3. est os distortum cum vultu, quod fit in aliorum derisionem. Sanna, nimirum insignis. Unde Aul. Gell. lib. 18. cap. 4. de quodam scio-lo, vaniloquo, cateros despiciente, ait: Ricca oris, labiorumque ductu contemni à se ostendens. Virgil. 7. Aneid. v. 292. & lib. 12. v. 894. Caput quassans. Sumpfit ex Sophoch. in Antigon. v. 34. dicente: Homines in me latentur caput moventes. Frequens irrisio nis signum. Matth. 27. 39. Moventes capita sua, & dicentes, Vab. Omne sannatum genus apud Hebraeos exprimitur, Thren. 2. à 15. Plauerunt super te manibus sibilaverunt & moverunt caput suum, aperuerunt super te os suum. Apud Romanos varij generis fuerit & graves lanæ (Vernaculè: Efcarnio) queis qui irridebat mocofo, manu, vultu, gestu, ore, labiorum formâ, atque nictu, videntibus fiebat ridiculus: de quo, si otium est, videris Criticos in illud Persij, Satyr. 1. v. 72-5. v. 91. & Iuvenal. Satyr. 6. v. 306.

O Ine, à tergo quem nulla ciconia pinxit. Disce, sed ira cadat naso, rugosaque sanna. Inunc & dubita, qua sorbeat æra sanna.

Cicero.

Quæ & qua si irrisio mocofo?

Aul. Gell.

Pers.

Iuvenal.

Epicureus.

Psal. 34. 16.

& 43. 14.

Germinatio pro excessu rei & modis.

Genebr.

Summa

substantivum in re & in modo.

Hay.

Mich. 7. 4.

Conditiè malignita-

tiè.

des.

Impet. *besit: si bene agit ad vanam gloriam propter homines facit. Quomodo proferat bonum fructum, cuius radix diabolus est? Sub arbore bona & bestia & animalia requiescunt, sub spinis autem nullam animal requiescere potest, nisi tantummodo serpentes.* In opprobria pronus insoletur Holofernes, atque inverecunde parthefiastes; terminos modellæ ut quequaque transiens, dicax, protervè procax; præ factu haud aliam ambiens excellentiam, nisi arrogantiam, excellentiæ signum, latè imitans naribus Eurum. Commendabilis profectò Principis habitus: *Odiùm, Invidia, Contemptus;* ut ait Senec. *Epist. 14.* Commune potentia malum superbia est; quoniam in quæ delinquant, impune faciunt. Hinc intelligitur illud Davidis: *Opprobria exprobrantium;* hoc est, Magnatum, Procerum, Principum; qui eò quod liberi sint, in cælum etiam posuerunt os suum. *Impropria impropertantium,* ut inquit Paulus Hebr. *Probra perfoerantium;* Maluend. *Convitijs profcinden-tium.* Quod expressit Siracides, 27.31. *Illatio & impropertium superborum* (ut audientes afficiantur rubore, eorum obsequijs etiam interpretatis oblique) loquentium adversus iultum iniquitatem, in superbia & in abusione. *Palm. 30.19.* id est, præ abusione factus & superbia; quo quidem stylo etiam utuntur Profani. Euripid. in *Supplic. v. 321. Derisa à derisoribus.* & *Pausan. cap. 29. Fastidians per contemptum.*

27 Haud satis sibi Holofernes videbatur excellens, si homines proculcasset; ni etiam excellentem, Altissimum per essentiam sprevisset; unde dicitur ab Heroide: *In contemptis superbia sua Deum Israël contempfit.* Inculcatio terminorum exprimit Holofernis insolentissimum animum, non solum in arrogantia corde pervicaciter concepta; sed etiam verbis fastidiosissime prolata: q.d. summe sprevit; equidem turgide atque elate (quasi possit irrideri) tumidis de Deo, qui est super omnia, loquebatur, quasi esset sub throni ditione, infimâ profectò maiestate. *Proh Super!*

Atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore Tumens, diu tutò Superium contemptor, & equi Impatiens, largusque animi modo suscepit ira; Ante fores, ubi turba Ducum, vulgigue fremetit; Tot ferro accincta gentes, animique parata Pendemus: Virtus mihi Numen & ensis.

Acciuit Statius, 3. *Thebaid.* à v. 593. Quæ tanta potestas; Summa namque stolidissimi vanitas, ut probavit eventus; quo ruina Holofernis speculum leve factus. Nunquam in fo-lido iterit superba felicitas, & arrogantia, maxime cum cælo cupit æquare inferiora falligia. Docuit vel Ethicus in *Antigon. v. 129. & 1357.*

*Iupiter magna lingua iactatione valde odit; Carceribus in summis iam victoriam concitantes tradit; Longè sapere, felicitatis primum existit; Oportet autem quaque in Deos, nihil impie agere; Magni enim sermones magnas plagas superborum Iactabundorum solentes, docuerunt.*

28 *Contempta contempfit, & contemptu superbia;* & sua: quasi Holofernis superbia & re & modo singularis. Invenit periodo pectoris immentis fastus. *Audacter audes,* ait Plaut. in *Capto. Act. 3. scen. 4. v. 97.* Contemnit, qui subiectionem negligit, seu præ-terminat: at contemptu non contemnit, qui omittit pigritiâ legem: quippe legis & legislatoris haud calcet auctoritatem. Contemnit contemptu, cui videtur non posse subijci, neque obnoxium esse legis quippe ubi nullus in fronte præ temeritate pudor sibi videtur superioritate superior: verum in ipso contemptu superbiâ addit & animum insolentes arrogantem; dum protervè abdicat calcans legem & legislatorum. Ita apud Ezechielem dicitur: *In hoc blasphemaverunt, cum sprevisset me, contemnentis;* hoc est, tenacitate in adversum propositi, & voce & murmure, vultu ac gestu, iunctis superbia & arrogantia indebitè modo. Declarat proterviam eisdem terminis Pater SS. ac Floriosus *Benedictus, Regul. Sanct. cap. 2.* inquit: *Ipsi autem contemnentis spreverunt me.* Non solum spreverunt, sed contemptu; ut etiam exprimerent actiones externa & displicentiam, & averfionem & arrogantiam animi: igitur modus auget arrogantiam in Superioris contumeliam, & impropertiam in contemptum & iniuriam. *Cum subiectionum cor su-perbia insignat* (subdit Gregor. Magn. cit. lib. 3. cap. 18.) *hoc summopere nititur agere; ut sua acta considerare funditus negligant, & semper tacitis cogitationibus Recltoris sui iudices fiant: si que dum contra superbiunt, etiam contra iudicia Conditoris intumescunt, & dum eius facta despiciunt, dum præcepta contemnunt; ac tantam usque vanitiam devol-*

*ut*

vuntur, ut Deum res humanas curare non æstiment. Taxatur crebro hicine insolentiz modus in Sacra Pagina. *Eccle. 22. 27. Impropertio, & superbia.* *Proverb. 8. 13. Arrogantiam, & Superbiam, & viam pravam & os bilingue.* *Isai. 16. 6. Superbia eius, arrogantia eius & indignatio eius.* Sic alia.

29 Quapropter sensus Tautologiæ principalis est: superbißimâ arrogantia re & modo Holofernes Deum Israël contempfit. Offendit in illa inverecundia summam, ubi etiam erupit in blasphemiam. *Prophetafi* (dixit Deum glorificandi Achiori) *quod gens Israël defendatur à Deo suo: ostendam tibi, quoniam non est Deus.* Varia periphrasè alibi ostenditur huius petulantia, atque contumeliæ excessus. *1. Machab. 1. 25. Locutus est in superbia magna. 2. cap. 9. 8. Supra humanum modum superbiâ repletus: v. 11. Ex gravi superbia: cap. 15. 6. Summa superbiâ.* Aliquando additur adverbium propter Epitafium rei insolentis vel modi, uti *ibid. 9. 4. & Jopbon. 1. 9.* *Luculenter Seneca, de Brevit. vit. cap. 10.* Holofernem suis coloribus pingit. *Ille* (ait) *qui multa ambitiosè concupijt, impotenter vicit, insidiosè decepit, avarè rapuit, prodigè effudit, superbiè contempfit.* Pro signo singularis fastus, *Hom. 1. 7. Odiss. v. 581. Superbiam virorum superborum.* *Cicer. in Verrem, Act. 6. Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia;* de cuius conditione dixi sup. n. 15. Patet summa superbia & summa superbie, & quomodo non solum sit vitium capitale; sed aliqua principalis capitalibus vitijs: uti ait D. Thom. 2. 2. q. 162. art. 8. ad 3. Radix enim est vitiorum radicum, fons fontium, caput capitum, & etiam originum origo in præcipitium. Holofernes statua hominis & superbie viva statua, insolenter quæ necdum coherat vomuit; sed sicut Dagon truncus coram Arca iacuit. *Ecce caput Holofernis,* specimen superborum arrogantium sine capite. *Ecce decapitati fastigium.*

*Verba movent iras non circumspecta Deorum.*

30 *Ecce caput Holofernis,* cuius lumina cum tenderent in altra, adinstar Thaletis ceciderunt in foveam. Iter superbie fastosis videtur planum, ac in planitie sic lobricum, quæ cerebrum quatitur, dum Angelus Domini illos, ut corruant, persequitur. *Superbia,* inquit *Prudent. in Pyscomach. à v. 321.*

*Talia vociferans, rapidum calcaribus urget Cornipidem, laxisque volat temeraria frenis; Sed cecidit in foveam præceps quam callida fortè Fraus intercisso suffoderat equore fartim. Planitiem scrobibus violaverat insidiosis. Hostili de parte latens, ut fossa ruentes Exciperet cuneos, atque agmina morsu voraret; At ne fallacem puteum deprehendere possit Clara acies, virgins adoperatas texerat oras, Et superimposito simularat cespite campum.*

*Ipsi interibis* (dixit Holofernes Achiori) *& omnis Israël tecum perditione disperiet:* cap. 6. 3. *Mentita est iniquitas sibi: conversus est dolor in caput eius. Sunt Di; immortales Ipsi quidem, sed certi vindices generis humani: & magna exempla in caput inveniendum regerunt:* inquit *Marc. Seneca, Præfat. lib. 5. Controv. Multa in caput suum calura tentavit.*

*Artificis periijt cum caput arte sua.*

31 *Ecce caput Holofernis, Principis militiæ Assyriorum, & ecce conopeum illius.* Quid sit conopeum creperum apud AA. Pro tentorio, seu interiore tabernaculo receptu, ab aliquibus accipitur. Ab alijs pro ipso tabernaculo, tabernaculi folio, seu papilionem cum cortinis, vel minuto subtili reticulo adversus culices. Ab alijs denique pro toto tentorioj divite apparatus; ut de Darij Persarum Regis ultimi refert *Curt. lib. 3. cap. 3.* Post devictum in victorem transivit fastus ac superbia Persarum. *Ipsi verò Alexandro* (ait *Strabon. Alianus, var. histor. lib. 9. cap. 3.) tabernaculum erat centum mensarum, quinquaginta columnis interstitium, quibus tectum suffulcebatur: ipsum verò tectum erat inauratum, & magnificè arte varietateque concinnatum.* Vide etiam *lib. 8. cap. 6. & Curt. lib. 9. cap. 7.* De ambitiosa vanitate Neronis, inquit *Plinius, uti diximus, Tom. 3. T. 1. n. 29. Cubicula viatoria unionibus construebat, Trèll. Pollio de Herodis Magni luxu, refert: Erant illi sigillata tentoria, & aurati papilionem.* Si licet abundare suo cuique sensu, dicerem; conopeum fuisse pretiosum velum, quod super cervicalia solet expandi: Hispanice; *Tellica; Vanda;* & voce genericâ *Tafetan;* quod removetur, aut fulero, spondæve

Grminatio pro advt-bio.

Senec.

Superbia succernit vitium.

Ind. 13. 196

Ovid.

Semper nititur in lubrico.

Prudent.

Pena tanta dem tandem accedit.

Marc. Sen.

Ovid. Ibid.

Profuso in tentorijs Am-niorum. Alian.

Plin.

ful.

Quid sit co-  
popeum.

suspenditur, sicut gladius dum cubitum itur. Consentaneum videtur rationi: *Percussis* bis (dicitur, v. 10.) in cervicem eius, & *abscedit caput eius*, & *absulit conopeum eius à columinis*. Non enim cum tentorii ornatu progredi in Bethuliam commode quibatur: imò si conopeum suspendum erat in columna lectuli (sicut pugio qui in ea ligatus pendebat, v. 8.) profectò non erat cubicali ornatus, neque papilionis cultus; sed dives serica tela, à cervicalibus iam remota, innuitur, 16. 23. *Conopeum, quod ipsa sustulerat de cubili*. Ita ergo hoc loco intelligendam Conopeum: quo sensu nequit exponi, 10. 19. ubi: *Videns Iudith Holofernem sedentem in conopeo, quod erat ex purpura & auro, & smaragdo & lapidibus pretiosis intertextum*. Hic igitur intelligendum est de sulto quod erat in tentorio, pretiose ornato: ibi de velo duntaxat serico. Ideò præmittitur, v. 16. *Duxerunt illam ad tabernaculum Holofernis*. In tentorijsque Principum ad audientiam legatorum, atque occurrentium iudicium, semper tribunal cultissimum, atque pretiosum suggestum; uti in tentorio Alexandri *Sella aurea*, teste Aeliano, quo supra.

32 Cur autem cum Holofernis capite, conopeum heroïna in Bethuliam intulit; haud alio intuitu factum credendum, quam quòd crederetur factum. Adhuc coram, capite Spitiamentis (de quo num. 11.) teste interfectrice uxore, & seruo complice testis nulla fides data: *Considerat oris exanguis notas pallor* (ait Curtius, d. cap. 3.) *neq; quis esset, nisi satis poterat*. Hinc Iuditha conopeum altimabile cum capite secto secum in Bethuliam attulit, ut illò, eisd affectum pallore, caput esse Holofernis ostenderet, haud quam gregarij militis, cum ipsum conopeum, cuius esset caput, infallibile signum. Ita spolia victoriam erat victoribus ornamenta, ac victoria testimonia, ut visum apud Græcos in Critalò, & apud Romanos in Horatio, referente Plutarcho, in *Paralel. n. 32*. Hoc Holofernis spoliolum, quod post in templo trophæum. Holofernes vigilans somnivit in vacuum. Cuncta templi ornamenta spe convalavit in usum, eiusque supellex famosum ornavit templum. *Iudith universa vasa bellica Holofernis, & conopeum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema oblivionis*. Quid sit Anathema oblivionis, diximus, *Tom. 3. T. 7. n. 11*. Non aliter David fecerat. *Caput Philisthai attulit in Ierusalem, arma vero eius posuit in tabernaculo suo*: nimirum, ierusalem, reciprocò suo, pro relativo eius: de quo alibi. Usitatum cunctis nationibus capita belli stragei, Archiducis, & victi Imperatoris exercitus, eiusque Archistratæ, lancea figi, & in ludibrium, sive trophæum. De Prolomeo Cerauno ait Iustin, lib. 24. *Caput eius amputatum, & lancea fixum tot à acie ad terrorem hostium circumfertur*. Sueton. in *Galba*, cap. 20. *Hausta caput suscitum non sine ludibrio circum castra portarunt*. Vide Tacitum, 1. *Histor. cap. 44. & 14 Reg. 3. 19*. Unde Virgil. 9. *Æneid. v. 465*.

Cap. 16. 23.

1. Reg. 17. 54.

Reciprocum  
prolativum  
Caput victi  
Ducis suffi-  
xum hasti,  
Iustini.  
Sueton.

Virgil.

Hom.

Appian.

Stat.

2. Mach. 11. à 30.

Cadere sub  
femina, ma-  
xima igno-  
minia.

*Quin ipsa arreclis (visu mirabile) in hastis  
Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur,*  
33 Non solum inolevit huiusmodi ritus, sed pretiosa & insigniora ex hostibus templa dicare; ut ibi monumentum victoriae possint immobiliter permanere, & à cunctis in plaustum ac commendationem conspici. 1. Reg. 31. 10. *Posuerunt arma Sank in templo Ashtaroth*. Homer. 7. *Iliad. v. 82*.

*Arma adimens feram ad Ilium sacrum,  
Et suspendam ad templum Apollinis.*  
Appianus in *Annib.* inquit: *Cum armis egerent Romani, quæ sita ab alijs bellis, & ad deum cus affixa templi, spolia detraxerunt*. Ovid. *Epist. 13. v. 144*. *Refras arma Iovi*. Papi-  
nius identidem, sed perspicuus, 2. *Thebaid. v. 732*. *Figamque superbis arma tholis; & libu*  
7. v. 55.

*Terrarum exuvia circum; & fastigia templi  
Capta insignibant gentes, calataque ferro  
Fragmina portarum, bellatrixque carina.*

Eadem Virgilius, 7. *Æneid. v. 183*. Vide La-Zerd. hic, Dempster. in cap. 2. lib. 2. *Antiq;*  
Rosin. & quæ libavianus, *Tom. 4. T. 13. n. 10*. Hoc igitur proposito cuncta cum conopeo illustrissima Iudith, in templo dicavit Deo Israël, & pro testimonio gratitudinis, & ob memoriam ruinæ ferocissimi hostis, in exemplum præcipitij arrogantia, ac calcationem superbia, maxime blasphemantis proaciter impudentis; cuius penam ostendebat totius exercitus clades. Ita factum de blasphemo Nicanore, qui summâ superbia erectus, cogitaverat commune trophæum statuere de Iuda: at hic præcepit caput Nicanoris & manum cum humero abscessam Ierosolyman perferri: linguam etiam præcisam iussit particulatim *avibus dari, manum autem dementis contra templum suspendi. Suspendit autem Nicanor*

2. Mach. 11. à 30.

Cadere sub  
femina, ma-  
xima igno-  
minia.

vis caput in summa arce, ut evidens esset & manifestum signum auxilij Dei. Ad com-  
probationem & arrogantia supplicium; *Eccc caput Holofernis & conopeum*, detruncati à  
femina, ut arrogantis insolentia magis notesceret ignominia; quiesceretque totus Occi-  
dens ab Holoferne expugnatus, cum terror eius per feminam videretur extinctus. Sici-  
ne Attila postitatus. *Contremuit planè universus orbis Occidentalis ad nomen Attila* (in-  
quit Baron. Ann. 451. ex Paul. Diacon. lib. 15.) *Vir in confusionem Orbis in mundo na-  
tus, terrarum omnium metu: namque superbus incesu, hac se & illuc circumferens, ut  
elatus potentia, ipso quoque motu corporis appareret*. At quid de huiusmodi glorioso  
pavone? *Nostri mulieris manu cultro confoditur, ob cuius nuptias profusa convotio exer-  
cens, dum tantum vini, quantum nunquam antea insimul bibisset: inquit in Chronic. Mar-  
cell. & Baron. Ann. 433. Idem dicitur de Holoferne, Iudith. 12. 20*. Eadem utriusque  
tragedia, et si scena distincta. Superbia, ingluvijs ac libido utriusque transodit peccas;  
priusquam accederet feminae gladius. Accinit Bahafius, *Epigramm. lib. 4. & Ioann. Nicif.*  
in *Alphabet. v. Fastus, n. 3*.

Paul. Dia.

Marcell.

Superbi ca-  
pus superbig  
spoliolum.

Bahaf

Nullus in ore color, nisi livor: pingere vulturn

Sola sibi poterunt dedecus atque pudor.

34 In contemptu superbiae suæ Deum Israël contempsit. Versiones nullas inveno, sed  
expositiones etiam desidero. Quæ senti, in litera exposui: modò aliquid dicendum ad mo-  
res, ut qui deposuit potentes de sede, exaltet mires & humiles corde.

ADINATON EXEGETICUM.

1. In contemptu superbiae suæ contempsit: verum contemptus non valet. Inicit certamen, sed in vincens pudorem: igitur amissa a victore victoria, virtute iacuit vulnerata superbia.
2. In contemptu superbiae contempsit. Aliquid planè sine contemptu contemnitur, ubi in contemptu contemptus etiam signatur. Utiq; Objicitur iustitia falsa & superbia, simulque charitas integerrimâ iustitiâ: equidem correptione delinquentis peccatum plectitur; verum flamma charitatis designatione servatur.
3. In contemptu superbiae contempsit. Si superbia gloria, ex mundi contemptu gloriosa superbia: igitur anima exaltatur, quàm mundi fastus opprimitur.
4. In contemptu superbiae Deum contempsit diabolus, in honoratâ Deitate; sed iniuria vindicata fuit ab homine: etenim Bernar-

dus in superbia contemptum humiliavit; qui contempta superbiae Numen contemp-  
psit.

5. In contemptu superbiae. Sine superbia est contemptus: ubi sibi qui excelsus, vide-  
tur nullus: siquidem si superbia ex gloria  
visa; maxime profectò gloria, si contem-  
nitor superbia.

6. In contemptu superbiae Deum Israël contemp-  
psit. Objicitur exterminium peccatoris  
obstinat, etiam vulnerum vexatione,  
qua Deus medicus per dolorem, illum co-  
natur revocare in sanitatem. Doloribus  
vocat, sed nec sic revocat; quo peccator  
sine pœna relinquitur, ut in pœnam relin-  
quatur: igitur Deus medicus, quia illusus,  
non dignatur faucibus vitare, ut medi-  
cus, imò contemtnens relinquit; quia  
ægrocus lethaliter illum superbe contem-  
psit.

DIDASCALIA PRIMA.

Triumphus virginum martyrum ex victoria  
tyrannorum.

Gloria virginum Antæi lauream  
devenustat, qui (mirum) victor,  
cùm cecidisset, erat: de quo Natal. Comes,  
7. *Mytholog. cap. 1*. Igitur virgine invali-  
dâ lexis; tyrannus,  
Ovid. in  
Ibin. v. 256  
Vulnus tulit & armatus ab inermi? Operiri  
debet facies confusione: equidem si vincere  
Tom. 1. I.

femina, nulla pugnatore gloria: est dede-  
cus vinci à femina. *Nullum decus in victo-  
ria: dicit Tacitus 2. Histor. cap. 12*. Glo-  
ria sanè, pugnantem vincere: dedecusque si-  
gnatur victoria, quippe vincere ignominia:  
maiorque in tyranni propudium, ipsâ victo-  
riâ victo, erigere trophæum; igitur ex vul-  
nere dolor acrior, quia vincitur victor. Ar-  
Fili  
ti.

Tacti.  
Nobile vir-  
ginis certam-  
en, quo  
vincit à cer-  
tamine vi-  
dorem.